Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



255

laudat. nisi quia mirabilia & uerba que hunc ad
desperationem trahere poterant. ad spem animum re
format. Et qui in prosperitate humilis fuit. reuocatus
bonis suis ad memoriam infractus in aduersitate pman
sit; Cuius enim animum inter tot flagella illa uerba
ad desperationem impellerent. nisi sibi ad memoriam
bona que egerat reuocasset; Iudit igitur se sui
metem suam. audiens tot malis ad desperationem con
cussa mirabiliter studuit in spe certe & bonis
suis actibus solidari; Sic sic impletur qd scriptum est.
in die bonorum ne immemor sis malorum. & in die ma
lorum ne immemor sis bonorum; Si enim cum bona ha
bemus malorum reminiscimur. que aut iam pcessimus.
aut adhuc pati possumus. ac certe bona metem non
eleuant. quia eorum gaudium quod memoriae malorum
permittit; Et si cum mala habemus bonorum reminiscimur que
aut ac cepimus aut adhuc nos posse accipere spe
ramus. malorum pandus animum in desperationem non de
primit. quia hunc ad spem memoria bonorum leuat;
Sitque; sit termini & ppcepta dominica & p sororum &
empla gradimur ut nos nec prosperitates eleuent nec
aduersitates frangant; habere nos ante omnis di